



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis**

**Florentius <Batavus>**

**Antverpiae, 1551**

De vsu, custodia, & soluenda captiuitate 5 sensuu[m]. Ca. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30077**

DE PROBITATE

Num. 21. b.  
Exo. 2.  
Zacha. 2. c.  
Luc. 10. c.  
Clima. gr. 4

contempfissent. Et Dominus alibi de præpositis loquens ait. Qui tetigerit vos, tãgit pupillam oculi mei. Item in euangelio apostolis. Qui vos (inquit) audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quinimo doctor Climacus testatur interdum leuius esse commissum peccare in Deum, quam in patrem spiritualem: sicuti reges nonnunquam pro grauiore habent crimine quod in ipsorum commissum est legatos, quam quod in ipsam commissum est regiam maiestatem.

XIII. Quum tempus expostulat moderatam animi seu corporis recreationem, ibi te hilarem exhibe & placidum in sermonibus Sales adsint sed citra dentẽ: ioci adsint, & lusus, sed citra vilitatem, & citra notam ineptẽ leuitatis. Cura autem semper vt recreatio ipsa si fieri potest aliquid adferat boni profectus, & talis sit argumenti, quod auditu sit & iucundum pariter & vtile. In omni ergo re iucunda, semper aliquid intermiscere quod ad Dei spectet honorẽ, & ad proximorum conferat salutem: quod suo tandem tempore diuini Spiritus ope studebis edifferere.

De usu, custodia, & soluenda captiuitate s̄ sensu. Ca. 176

**H**ic iam de quinque humani corporis sensibus agamus, vt sciamus quo pacto  
sunt

sint custodiendi ac salutariter regendi. Clamat itaq; Dominus in euangelio. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Hoc verbum non ineptē mihi adsumptum arbitror propterea quod equidem illud iudicari optimē presenti nostro congruere argumento. Quandoquidē hęc ipsa crux, de qua hic Christus facit mentionem, vel maximē in mortificatione sita est & abdicatione omnium mundanarum voluptatū, quæ per hosce hauriūtur sensus: & in prouida ipsorū sensuum gubernatione. Hos enim quisquis non edomuerit & comepescuerit, nec Christū poterit sequi, nec ipso poterit esse dignus. Quicquid enim est in anima corruptelę aut labis, nō aliundē proficiscitur quam ex abusu sensuum nostrorū: Vnde prauæ omnes concupiscentiæ, vnde mentis distractiones, vnde tentationes, vnde animæ morbi ac vulnera, nisi ex malē custoditis sensibus? Qui tamen nobis tanquā instrumēta data sunt, quibus vteremur quū ad excolendum diuinum amorem, tum ad succurrendum proprijs ac propinquorū necessitatibus. Quicquid enim in omnibus mūdi creaturis cernimus audimus olfacimus sentimus aut gustamus, merito nos rapere & excitare deberet ad laudem & amorem

X      diuinum:

Mat. 10. 3.

DE PROBITATE

divinū : maxime quā ex pulchritudine ma-  
 gnitudine bonitate & utilitate creaturarū  
 pulchritudinē magnificentiā bonitatē & uti-  
 litatem intelligamus ipsius creatoris. Sed &  
 ipsa divinae scripturae, ad quas per visum pe-  
 netramus & auditum, multa passim conti-  
 nent quae mirum in modum extimulare nos  
 possunt ad dictum amorem. Haec autē om-  
 nia in hoc nobis providentia providit divi-  
 na, quo tuncquam deesset, quod nos vocaret  
 ac raperet ad recordationē & notitiā nostri  
 conditoris. Sed prohi dolor secus habet re-  
 rum euentus. Quae nos reducere debuerant  
 ad Deum, contra nos à Deo abducunt. Ho-  
 stia ipsa sensuū nostrorum per quae Christus  
 introduci debuerat ad animā nostram, por-  
 tae iam factae sunt per quas ad nos ingredi-  
 tur satanas atq; interitus, iuxta dictum illud  
 propheticū, Ascēdit mors per fenestras ve-  
 stras, ingressa est domos vestras. Hi autem  
 quinque sensus à Deo creati & ab exordio be-  
 nedicti, animae nostrae pro ancillis & pedis-  
 sequis dati sunt in animarum nostrarum de-  
 sinati obsequium: verum hodie in plerisque  
 à diabolo captivi tenentur, neq; iā animae, sed  
 carnis mancipati sunt servitio: atq; ita sunt  
 miserè servitutis vinculis adstricti, & ab ani-  
 mae obsequio abacti, vt potius iam ipsi no-  
 cumento

1er. 2. f.

Pulcrā hu-  
 jus captivi-  
 tatis figurā

miserè servitutis vinculis adstricti, & ab ani-  
 mae obsequio abacti, vt potius iam ipsi no-  
 cumento

cumento & damno sint quam emolumento aut obsequio. Proinde quisquis Deo obsequi & placere desideras: quisquis tuam ipsius cupis operari salutem, omni studio contende, miseros istos captiuos à satanæ seruitute exemptos in libertatem & obsequium asserere optimi principis & creatoris sui Christi Iesu, ut iam deinceps non carni ancillentur non ineptis mundi huius aut corporis voluptatibus: sed summæ illi obsequantur maiestati omnipotentis Dei.

prestat puella illa captiua, destinata obsequio uxoris Naaman. 4. Re. 5. 2.

De usu & custodia oculorum.

Cap. 18.

**I**N primis ergo summa cura, rectè moderari & utiliter usurpare discas tuos oculos, per quos alioqui tanta ad animas nostras ingreditur pernicietas, ut fere expediret in totum ab omni abstinere aspectu. Vix enim quis lumina sua in rem aliquam conijciat, quin è vestigio aliqua subsequatur praua affectio, displicentia aut alioqui noxia cogitatio, quæ animæ puritatem vitiet atque cõtaminet. Proinde has animarum nostrarum fenestras diligenter obseratas seruemus oportet, ne quis forte noxius per ipsas ingressus

Omni prope tempore clausos contineri.

Xij aër,